



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. III. An Ufuræ licetè possint exigi, & accipi, ob favorem piæ causæ, vel
aliud opus bonum, saltem dispensativè?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

ubi lucrum præcise ratione mutui ex pacto queritur.

§. II.

Quo jure sint Usura prohibita.

R. Usuras lucratarias, quæ propriè usura dicuntur, sive formales illæ & expressæ sint, sive palliatæ & virtualeæ, omni jure tam naturali, quam positivo, tam Divino, quam humano prohibitas esse, juxta illud *Luce 6. missum date, nihil inde sperantes*; & juxta plurimos SS. Canonorum textus, ac ipsam rationem naturalem, quæ contra justitiam commutativam in hoc lucro exigendo, & accipiendo peccari, clarè ostendit. Et quamvis sint, qui velint, certas usuras à jure civili permissas esse, melius tamen dicunt alij, Leges tales civiles, ad majora mala cavenda, permitentes avaritiae hominum certas usuras (prout hodie pro 100. permittuntur s. floreni, quamvis lucrum hoc s. florensi florencoru[m], propriè loquendo usura non sit) à jure Canonico correctas esse, in quantum talium usurarum exactio peccatum continet. Neque dici potest, quod volenti & consentienti non fiat injuria, ergo nec usuras solventi, cum volens consentiens sit, a diuersis solven-solvendas. Transeat enim axioma illud antecedentis, si sponte, liberè ac si npliciter consentiens talis sit, negatur autem si coactus quasi, & invitus est, sicuti est solvens usuras, nunquam has solutarus, si mutuum sine usuris babere possit.



§. III.

An Usuræ licite possint exigi, & accipi, ob favorem pia causa, vel aliud opus bonum, saltem dispensative?

R. Negativè, prout sumitur ex s. super eo 4. b. s. cùm usurarum crimen, ut ait Pontifex, utroque testamento, novo & veteri, prohibitum sit, in quo dispensari non potest, neque facienda mala sit, ut eveniant bona, aut auferendum divitibus aliquid, ut detur pauperibus &c. & hinc non possunt Principes supremi facere licitas usuras (quæ amvis pœnam usurarijs subeundam remittere possint) si v. g. à Judæis pecunia mutuò accipitur, aut illis datur: quod enim jure naturali prohibitum est, non potest positivâ Principis voluntate, licitum fieri.

§. IV.

Utrum dominium usurarum transferatur in Usurarium?

Qua in re cerrum est, si solvens usuras non habeat voluntatem dominium usurarum transferendi in usurarium, quod usurarum talium non fiat Dominus usurarius, ob defectum scil. voluntatis transferendi dominium (prout facere potest solvens usuras, nos ut transferat dominum, sed ut exterius fidem datam servet) nisi res tales usurariæ in pondere, mensura, aut numero consistentes cum rebus suis ejusdem qualitatis commiscuissæ usurarius, ubi dominium talium usurarum acquireret usurarius titulo permixtionis. Si tamen

Fff ff 2 ab